



## PRÆFATIO.

**P**ostremus hic labor, Christiane lector,  
mihi nō postremum faceſſit negotium  
in ſystem. theol. ad finem perducendo.  
Nam ſi tempus, quo hæc elucubraui,  
ſpectes, illud proculdubio eſt longe diſcillimum,  
& merito accenſendum illis, quæ requirunt threnos,  
non atramentum. Deinde ſi varietatem exemplorū,  
quibus ars concionandi fuit illuſtranda, expendas,  
Herculei laboris fuit ſic omnia arctare, vt ultimus  
hic tomus mole ſua ſuperiores non excederet. De-  
niq; ſi paucitatem eorū, qui politiam eccleſiaſticam  
& theologiam acroamaticam traçtarunt, conſide-  
res, vix vnuſ & alter fuerunt, quorum authoritate  
pro clypeo, traçtatione pro norma vti potuerimus.  
Veniam itaque dabis, ſi quando non ſatis exaſcia-  
ta tibi videbor ſcripſiſſe, & de ratione instituti, de-  
que uſu huius opellæ me breuiter verba facientem  
patienter feres. Atque ut hinc ordiar, in *Rheto-*  
*rica eccleſiastica tradenda* non ſatis recte versari mihi  
videntur, qui præcepta præceptis accumulant, de  
exemplis cōcionum ne quicquā ſoliciti. Existimauit  
ergo me recte faktum, ſi artem auguſtissimam me-  
thodo